

dens, nec requiescit, nec accipit, nec comedit, prout ipse vult, sed prout Dominus ei apponit ac distribuit. Merito ergo ad regni clavum non eligit tribum Ephraim tritorae deditum, sed tribum Juda sub jugo arantem. Nam Dominus eos ministros respuit, qui pro sua cupiditate absque Domini nutu a populo accipiunt, & comedunt: eos autem diligit, qui omni voluntate sua deposita, Domini beneplacitum sequentes, illius dispositione in cibis, alimentis, & in omnibus contenti sunt.

QUESTIO III.

Quare Dominus non dixerit: Attendite a falsis hominibus, sed a falsis Prophetis? Et quomodo sit falsus propheta?

14. NON dixit Dominus, attendite, seu caveate, a falsis hominibus, quia, ut sic poterant intelligi particulares homines; sed ait Attendite a falsis prophetis, per quos interpretantur Praelati, & doctores, quorum error eorum auctoritate munitur, quorum doctrina falsa tegumento veritatis involvitur; & quorum malum exemplum multos seducit, & ad se trahit. Vide supra cap. 4. n. 21. & 22. & cap. 11. n. 10. & cap. 14. n. 34.

15. Alb. Mag. Quomodo ad secundum, quomodo sit falsus propheta? Hoc dubium excitat Albertus Magnus & pro solutione notat, quod propheta falsus dupliciter potest dici. Primum a falsitate doctrinae, quia falsum dicit, ut fuit Sedechias, qui cum haberet spiritum mendaciam in ore suo, decipit Achab, ut iret in Ramoth Galaad ad ventilandos Syros, a quibus victus est, 3. Reg. 22. n. 1. Et hi prophetae maxime fugiendi sunt, quia suam falsam doctrinam tanquam veram volunt ab aliis reputari, ut est in exemplum ipse Sedechias, qui magna ira commotus est contra Michaeam, verum dicentem contra sua falsa vaticinia, ita ut in maxilla eum percussisset. Et tales contra rei veritatem apparentiam, ac ostentationes in verbis, operationibus, & habitu, maxime fugiendae, ac detestandae sunt.

16. Matth. 17. Cum Jesus devenisset ad Calvariae locum, Derum ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset, noluit bibere Matth. 27. num. 34. Maxime querens: Cur Dominus, qui avidissime tormenta scribebat, cur, inquam, hunc cruciatum gustatum noluit haurire, sed tantum primis labiis attingit? Multa in eo, Christo displicuerunt, nam potus ille, vinum videbatur; & tamen solum vinum non erat, sed fellis misturam habebat; & cum in apparentia tantum a rei veritate discreparet, totum a Christi veritate alienum erat, ideoque tanquam quid maxime displicens, haurire, ac bibere noluit. Deinde, ut notat Franciscus Lucas, mos erat apud antiquos, ut sceleratis ad locum supplicij adductis propinaretur, vinum optimam, & praestantissimum; ut ita ex itinere fatigati animam reciperent. Judaei igitur, eadem quidem specie, qua pium morem observarent, re autem vera Jesu rursus illuderent, vixi loco, vappam acidam afferri curarunt. Cum ergo

ibi tot dissimulationum mixtura praexistere, valde erant alienae a puro, vero, ac simplici Christi animo; & ideo illud se rejicit, excludit, neque recipit, Cum gustasset, noluit bibere, D. Chryso- stomus hom. 2. de Resurrectione, Aeternum, ait, quoque amaro felle propinasti Domino commixtum; ille tamen accepit, non quod biberet, sed quod potius reprobaret.

17. Albert. Mag. Secundum ait Albertus Magnus, & directè respondet ad quaestionem, Propheta etiam dicitur falsus, non a falsitate doctrinae, sed ab intentione fallendi, & seducendi, quamvis aliàs vera dicat, tamen secundum alium modum, nempe ab intentione decipiendi est falsus propheta, ut fecerunt falsi prophetae Balaam, & Caiphasinam Balaam vera, & bona dixit, Num. 23. & 24. & tamen pergens ad populum suum dedit consilium, ut Israel deciperetur per idolum. Apocal. 2. num. 14. Caiphias vera dixit Ioan. 2. n. 51. & tamen malitiosè intendebat Christi nomen delere. His duobus modis explicatis dicitur falsus propheta, Jeremiae 23. num. 14. In prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij. Albert. Magnus ait: Adulterantium similitudo, quoniam veritatem, quam docent, adulterant, per seductionis intentionem. Iter autem mendacij, quando mendacia, vel falsa proponunt.

17. Albert. Mag. Falsus propheta dicitur ab intentione.

Ab his falsis prophetis est maxime praevendum. Errores sub tegumento veritatis seminati maxime nocent, tunc enim valde leniter potissime serpunt, cum in hac permixtione difficillimum sit, verum a falso discernere. Vendit Joseph in Aegyptum, ut fratres suum, crimen celarent erga parentem, Tulerunt tunicam ejus, & in sanguine hauri tinxerunt eam, mittentes, qui ferrent ad patrem, dicentes, Hanc invenimus, vide, utrum tunica filij sit, an non? Gen. 37. num. 32. Valde mirum, quod isti homines cogitaverint hoc suum scelus Jacob abscondere; nam ipsi agnovissent, suum parentem esse virum sanctum, plenum spiritu prophetiae, perspicacique ingenio, ut ex his, quae apud Laban contigerant, omnibus erat notum; & tamen illi intentant, obesto mendacio patrem decipere. Cum, ut bene ait Lyppomanus, nihil daturum; quod falsum Lypom. solum, ac violentum est. Et ita Jacob totum negotium depræhendit, ut vult Rupertus ibi, Illa Rupert. bestia severissima, qua, quantum in se fuit, devoraveras filium, qualis esset, non omnino patrem latere poterat. Quomodo ergo illi in eam cogitationem fallendi patrem deveniunt? Submisserunt ministros asportantes veram tunicam, & pallium Joseph, qui dicerent: Hanc invenimus, &c. Cum mendacium prolatum esset aliqua involutum, contextumque veritate, apud se statuerè; quod magnus spiritus tantis donis ditati, nobilitati- que parentis, illud minime calleret, altius enim lumen requiritur ad introspectandam, ac discernendam veritatem fallacis, ac mendacis involutam, quam ad quæque abdita penetranda, ac futura praedicenda.

18. Valde difficilis, veritas mendacis involutum dignoscere.

19. Celent. Ita difficile est, verum falsis permistum agnoscere, ut dicat Petrus Cellensis lib. de panibus, cap. 16. Elaboratum mendacium, tunicis pelluceis reiectum, pompa ambrosiorum gloriatur quam simplex veritas. Vide igitur, quantum necesse erit, ut unum ab altero discernere ac distinguere valeas.

Jacto tritico in agro, venit inimicus homo, & super

20.

superfeminavit zizaniam, quam videntes servi patrisfamilias, se offerunt ad eam colligendam. Quibus ille: Sinite ut auge crescere usque ad messem, & in tempore messis di. am messoribus: Colligite primum zizaniam, Matth. 13. num. 30. Sed cur bonus pater sinit zizaniam esse cum tritico; cui eam a suis servis eradicari non mandat? D. Augustinus Epistola 48. per zizaniam intelligit mendaciam; per triticum verò, seu pro donum semen veritatem. Chrysoctomus homil. 47. Li- quidò autem hinc apparet, post veritatis seminam jam collecta, erroris frandem pullulasse. Quod eventus quoque verum confirmavit; falsi etiam propheta post Prophetas apparuerunt. Per melleores verò Theophylactus, Euthymius, Hugo Angelos interpretantur. Noluit Dominus, a servis quantumvis peritissimis, zizaniam colligi; quia hoc, quod est, verum a falso distinguere, non cujuscumque, sed solius est intellectus Angelici, ut missus, & destinatus a Deo ad hoc negotium, tanquam ad quid arduum, ac difficile.

Matth. 13.

August.

Chrysoct.

Theophyl. Euthym. Hugo, Distinguerè verum a falso intellectus angelici est.

enim quantitas, quamvis esset pretiosum aurum, servierat jam idololatriæ, ac proinde illius semper odorem redderet, atque fetorem; & ideo vult Moyses, ut illius nihil super sit; sed totum eradicare mandat, atque delere. D. Ambrosius epist. 56. ad Romulum, Moyses, ait, comminuit vituli capri, atque in pulverem redegit, ut omnia impietatis aboleret vestigia.

Res que alio quando servit peccato, illius redit odorem. Ambros.

QUESTIO V.

Quare precipiat Dominus, attendere ab his falsis prophetis, cum habeant bonam apparentiam, & veniant in vestimentis ovium?

NOTANDUM est ex Divo Thoma, quod non tamen, propter hoc regementum illud perdit naturam pellis ovium. Hæc autem vestis in his falsis prophetis, ut notant D. Chrysoctomus in Imperfecto homil. 19. D. Anselmus, D. Paschasius lib. 4. in Matth. S. Thomas, sunt quedam bona opera, ut jejuniis, orationes, elemosynæ, & similia, quæ licet, secundum se, sint bona; tamen prout fiunt ab istis falsis prophetis, & ab eorum depravata intentione, ut notant citati Patres, procedunt, fugienda sunt a nobis. Intrinsicus autem sunt lupi rapaces. Non enim illa exhibent, ut Deum laudent, sed ut cum Deo pugnent, non ut proximum adificent, sed ut destruant, non ut miseriam alterius sublevent, sed ut decipiant, ac seducant. Unde isti habent exterioris lenitatem, & suaviterm lanæ ovium; intrinsicus verò unquam, dentemque luporum. Cyrill. Catechesi 4. A pelle ovium, ait, mansueta induit, specie probitatis decipiunt, perniciosum verò imperialis venenum ex demibus. Et de istis dicunt Eherius Episcopus, & Beatus Presbyter lib. 2. Frit homo videtur, imus bestia frenit. Ita dicitur Apocalyp. 13. Apoc. 13. num. 1. Vidi aliam bestiam ascendente de terra, & habebat cornua duo agni similia, & loquebatur quasi draco, & omnem potestatem prioris bestia faciebat. Per duo cornua agni intelligunt plures mansuetudinem, & innocentiam simulatam. D. Gregor. verò lib. 53. Moral. cap. 36. hypocritam sanctitatis, & sapientiam mentitam. Et loquebatur, ut draco. Et ita ait D. Gregorius, Assumit agni speciem, ut draconis exerceat operationem. Intellige, ut facilius exerceat, & omnia subiciat.

24. D. Thom.

Chrysoct. Anselm. Paschas. S. Thom.

Malè cum bona apparentia fugienda.

Cyrtillus.

Eherius. Beatus.

Gregori.

25.

Parum pro- moria ubi regnat iniquitas vicia.

Antibert.

opera

QUESTIO IV.

Quare non explicet Dominus, quid a falsis prophetis praecavere debeamus?

21. AIT Dominus: Attendite a falsis prophetis, non tamen exprimit, quid ab eis debemus attendere, seu praecavere. Cur non ait: Fugite a falsis prophetis, eorum verba, doctrinam, exempla, opera: sed absque alicujus expressione absolute ait: Attendite, seu praecavete a falsis prophetis? Per quod denotat Dominus, quod ab istis depravatis magistris omnia eorum, quæcumque illa sint, a nobis esse declinandam, ac evitanda, sive verba, sive opera; quæcumque existant: nam quamvis alias aliquid verbum sit verum, aliquid opus bonum, a fonte tamen hæreticæ pravitatis, impiaque falsitatis veneno procedit infecto. Unde ait S. Theophylus Alexandria Episcopus Epistola 1. Sive iste, sive alij hæretici scripserint aliqua, quæ Ecclesiastica fidei non repugnent, tamen non erunt absque crimine.

Omnia falsi doctoris, & mali in-gistri fugi.

Theophyl.

22. Anastasius.

Huc pertinet illud, quod sapienter dixit D. Anastasius Synaita lib. 3. in Hexaëmeron. Ubi doctrinam iniquorum præceptorum appellat aquam amaram, & perturbatam: nam licet aqua in suo sit lucida, dulcisque fonte; si tamen defluat per locum fetidis, amarisque radicibus plenum aliquem semper fetorem, amaritudinemque participat; & doctrina, quamvis in Scriptura, ac sanctis Patribus aqua pura, & lucida sit, tamen prout cadit ab hæretico, & depravato ore, semper habet aliquem malum odorem, & permissionem suorum errorum. Unde illorum omnia tibi sint suspecta.

23. Exod. 32.

Videns Moyses Populum idololatrantem in adoratione vituli, Arripiens vitulum, quem fecerat, combussit, & contrivit usque ad pulverem; Illa

Secundò, Damnantur isti falsi prophetae habentes vestitam pellem demortuæ ovis; intus verò viget in eis vivida ferocitas, ac voracitas luporum? Quam parum prodest demortua virtus, ubi multo vigore vitæ regnat iniquitas. In illa bestia, supra commemorata, erant duo cornua agni in capite, scilicet mansuetudo, & simulata innocentia: hoc autem caput erat illud demortuum in priori bestia. Apocal. 13. num. 3. ut vult Ansbertas. Illam potestatem, ait, hac bestia coram bestia facit, quam draco priori bestia ascendenti de mari in illo capite tanquam occiso dederat. Cum autem in bestia esset mortuum caput, & consequenter demortua mansuetudo, ac lenitas; uxor autem draconis vivida, vitales opera

Parum prodest virtus parentum, ubi viva fiat filiorum iniquitas. Ambros.

26. Quilibet suis, non alienis operibus respiciat. Rupert.

4. Reg. 4.

Rupert.

Theodor. Carthuf. Lyran.

27. Damnatur, malum opus specis bonae intentionis dissimulare. Rupert.

2. Reg. 1.

Abulens.

operationes exercens, quid mirum, quod ipsa bestia tendat in mortem, & damnationem. Ex hoc infer, quod parum prodest virtus parentum defunctorum, ubi vegetat, & grassatur iniquitas viva filiorum. Quod multis exemplis, Ismaelis, Esau, ac aliquorum filiorum Jacob late comprobatur. D. Ambros. in cap. 11. ad Roman. Vide supra cap. 5. num. 45.

Tertio. Reprobantur falsi prophetae, dum, non suis meritis, sed alienis operibus volunt probi, simplices, & mites reputari. Audita morte filij Sunamitidis mandat parens Elisaeus Giezi, ut pergat cum suo baculo, & cum imponat super puerum. Qui adimplens mandatum praecesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, nec sensus. 4. Reg. 4. num. 31. Sed ipse Propheta veniens, puerum in amplexu tenens, eum e mortuis ad vitam revocat. Sed cur Prophetae mandatum non adimpletur? Dum Giezi sibi injecta exequitur, cur miraculum non operatur? sed veniens Propheta ipsum resuscitat, ut ponderat Rupert. lib. 5. de Trinit. & operibus ejus cap. 25. Puer ab Elisaeo, ait, missus cum baculo, non suscitavit puerum; per semetipsum Elisaeus veniens, seque super mortuum sternens, ipsum animavit. Totum alta Dei providentia dispositum est. Ibat Giezi per viam cunctis, dicens, ut tradunt Rabini, Theodoretus, Carthusianus, Lyranus, & alij. se pergere ad resuscitandum mortuum. Noloit ergo Deus, ut Giezi alieno baculo, ac operibus Elisaei niteret, ac resplenderet; sed miraculum edidit Propheta, in quo ipsa virtus, tanquam sibi propria inerat. Vide cap. 11. num. 15. & 152. cap. 12. num. 23.

Quarto. Inde maxime isti falsi prophetae displicent, quia sua turpia, & iniqua facta, quae exhibent, tanquam lupi rapaces, altute, ac ficta simulatione reecta, & bonae intentionis volunt celare, exterius veluti quendam animi candorem, ac simplicitatem ostendentes in vestimentis ovium, speciem ferentes tanquam solicii de tua salute, qui te maxime perdere volunt. Refert Amalecites nuntians Saulis mortem, & narrans rem gestam, David ait: *Et locutus est mihi Saul: Sta super me, & interfice me, quoniam tenent me angustia: stansque super eum occidit illum, sciebam enim, quod vivere non poterat post ruinam.* 2. Reg. 1. num. 20. Audiens hoc David, ipsum Amalecitam jubet interfici. Sed quomodo ad capitale sententiam eum dijudicat David; cum puer, Regis mandatum se exercuisse, affirmet; & cum aliis ita Rex esset vulneratus, ut jam ejus vita desperata. Merito tamen Amalecites damnatur ad mortem, quia factum turpe, & iniquum voluit obumbrare, ac contegere, quadam veluti bona intentione objecta: *Sciebam enim, quod vivere non poterat.* Abulensis quaest. 2. *Posuit autem nuntius ad excusationem suam, quia poterat dicere David, quod iste male occiderat Saulum, non poterat vivere aliquomodo, si iste non occidisset eum, ideo ait: Sciebam, quod vivere non poterat post ruinam, & ob hoc occidit eum, tanquam faciens ei gratiam, ne occideretur a Philistinis.*

Abulens. 2. Posuit autem nuntius ad excusationem suam, quia poterat dicere David, quod iste male occiderat Saulum, non poterat vivere aliquomodo, si iste non occidisset eum, ideo ait: Sciebam, quod vivere non poterat post ruinam, & ob hoc occidit eum, tanquam faciens ei gratiam, ne occideretur a Philistinis.

QUESTIO VI.

Quare falsi prophetae potius dicantur lupi, quam leones, vel ursi?

NON leones, non tigres, non ursos, quamvis sint saevissimi, adducit Dominus in exemplum, sed lupos apponit. Ad quod respondet primò Druthmarus. *Lupus* Druthmar. *ex etymologia a nomine Græco sic dicitur a moribus, eo quod rapacitati si semper deditus, & cruori, similes sunt, qui alios Christianos semper cupiunt depradare, aut per violentiam, aut etiam quasi per legem mundanam. Quamvis alij animantes repantur robustiores, & velociores; tamen lupo inter omnes, saevitia, ac præda est maxime deditus, itaut per suam indeficientem voracitatem, satiat nonquam satietur, sed semper cruori incumbat. hoc modo sunt multi Christiani, qui semper malum in alios moluntur, non animadvertentes, quod ab eodem parente sunt geniti, ut ait citatus auctor, sed veluti quadam infatiabili siti humani cruoris tenentur, ut semper omnem cruciatum in nos machinentur.*

Secundò Etherius, & Beatus lib. 2. lupi, ait, sunt scilicet Hæretici. *Qui insidiantur ovibus, Ch isti, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quam diurno: nocturno, quia inter ignorantés predicant, quod per diem facere non possunt, quia à sapientibus deprehenduntur. Nox ignorantia est, & dies sapientia, semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi suis nebulosis interpretationibus obducere, & quantum in ipsis est fuscare conantur.* Non leones, non utros, sed lupos dicit, siquidem eorum ingenium est, non per diem, sed per noctem prædam facere. Ita Hæretici, ac falsi magistri animas enecare, inrentant inter tenebras, & nebulas suarum falsitatum, ac errorum; & puram lucem Christi fugiunt, ne deprehensi in suis mendacijs arguantur, ac confundantur à sapientioribus, ac veris magistris.

Tertio. D. Ambrosius in cap. 10. Luca, ad illa verba: *Ecce ego mitto vos: Lupi, ait, bestia sunt, qua insidiantur ovibus, absentiam, aut desiderium pastoris explorant, ovium guttur invadunt, ut cliv strangulent, feri, rapaces. Tum præterea si quem priores hominem viderint, vocem ei quadam natura vi eripere memorantur. Lupi crudelissimi inter cætera animantia; nam non solum ovem occidunt, dilacerant, & comedunt, sed etiam citissime, ac primò suffocant; & quos primò vident, eorum voces eripiunt. Ita etiam sunt quidam crudelissimi tyranni, qui alios, non solum omni malo afficiunt, sed etiam suffocant, atque eos constringere volunt, ut eos nec loqui, nec conqueri, nec gemitum dare sinant.*

Quarto. Non leones, non ursos eos vocat, sed lupos; nam lupus est maxime saevus, vaser, ac dolosus. Et ita inquit Etherius, & Ambrosius Ether. citati. *Insidiantur ovibus, absentiam pastoris explorant. Et ille inimicus inter omnes crudelissimus, qui insidias molitur, astutia, ac ingenio malum, ac nocumentum machinatur. Ex Dei mandato dixit Samuel & Saul. Hac dicit Dominus: Recensui quaecunque fecit Amalec Israël, quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de Egypto; nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire universa*

universa ejus: non parcas ei, sed interfice, à viro usque ad mulierem, & parvulum, atque lactentem, bovem, & asinum, &c. 1. Reg. 15. num. 2. Præcipit Dominus, omnia Amalec omnino delere, ac extinguere, mulierem, puerum, lactentem, bovem; & asinum, itaut nulli rei deret venia, nec aliquid ex eis concupiscatur, sed omnia perimi jubet. Graves, & crudelissimos hostes habuit Israël, & tamen in nullum eorum tam austerum, & rigidum supplicium legimus inflatum, ut in Amalec. Quodnam crimen ejus? Ubi nostra Vulgata habet. *Quomodo restitit ei in via,* Chaldaeus legit: *Insidiatus est ei in via.* Et Hebraeus apud Cajetanum tenet: *Quomodo posuit ei in via:* Rabi David interpretatur *Insidiatus;* Amalec astu, ac stratagemate quodam pugnavit contra Israël petenturiam extremam partem, dum lassus residebant, Deuter. 25. num. 18. Et inimicus, qui dolis, ac fraudibus bellum ingerit, inter cæteros crudelior, & saevior, & ideo majori supplicio super reliquos fuit multandus Amalec pro insidijs appositis contra Israël.

Chaldaeus.

Cajetan. Rabi David.

32. Psalm. 72. Theodor.

Euthym. Niceph. Incogo. Lorin.

August.

Dolositas divinum iram maxime provocat. Remig.

Ait Regius Vates Psalm. 72. n. 18. *Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecasti eos, dum allevaverunt.* Theodoretus legit: *Propter dolos posuisti eis mala.* Sermo est de Chaldaeis, & Babylonicis, ut exponunt Euthymius, & Nicephorus; de omnibus peccatoribus, & Hæreticis, Incognitis, Cassiodorus, Lotinus, & alij. Sed valde mirum, quod cum in his iniquis omnia peccata regnant; idololatria, hæresis, blasphemia, ac omnia vitia, non dicantur imposita eis mala propter impietatem eorum, sed propter dolos, seu propter dolositatem, ut habet Augustinus. Aded fraus, & dolus abominantur à Domino, ut in omnium malorum congerie maxime sollicitaverint divinam iram, quod illos qui se existimabant suis insidijs super alios omnes exaltari, deiecasti eos, seu, ut habet alia littera, *Cornuere facies eos, in desolationes, ruinas, & extremas miseria.* D. Remigius. *Quasi dicit Propheta: licet dixerim eos puniendos in novissimis eorum, tu autem in presentiam jam damnavisti eos propter dolos, quibus videlicet convictores suos decipere solent, & in hoc ipso, quo se putabant elevari, miseria, deiectione depreffi sunt, & subito deiecerunt, perierunt, propter iniquitatem suam.* Ex quo nota, quod propter dolos, & fraudes eorum poena anticipata est.

QUESTIO VII.

Quare hinc Dominus præcipiat nobis attendere à lupis, non verò à canibus, & porcis, de quibus supra egerat.

33. Matth. 7. Ratio diffinitiva.

IN hoc cap. 7. Matth. num. 6. ait Dominus: *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculescunt eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.* Quod satis late explicavi superiori cap. num. 27. Mandat Dominus, quod non demus sancta, scilicet sacramenta, res divinas, ac arcana sacre Scripturae, canibus, & porcis, hoc est, oblatratis, & pervertis hominibus. *Et conversi dirumpant vos;* hoc est; insurgentes contra vos, suis iniquis factis vos lacerent, ac membra tum discerpant. Et tamen ab istis crudelibus persecutionibus, non Sylveira in Evang. Tom. II.

mandat Dominus nos præcavere, sicut hic præcipit à lupis, seu falsis prophetis.

Ad quod respondet primò Chrysostomus homil. 24. *Ecce, ait, cum canibus, ac porcis, aliud quoque insidiarum genus, multò illis profectò efficacius ad nocendum. Illi quippe professi sunt, & omnino manifesti; isti vero fraudulenter oblatrati: & idcirco ab illis quidem imperat abstinere; istos verò etiam diligenter examinari, atque discerni, quasi omnino difficile sit, ad primum illos intelligere congressum, propter quod dixit: Attendite, ut nos, ad eos execucandos redderet aciores. Canes, & porci, saltem montosi, inimici crudeliores, & vehementiores ad nocendum; & tamen cum de canibus, & porcis est sermo, solum nobis Dominus mandat, ut eis bona, ac margaritas non demus: at cum de lupis agit, alius nobis imperat, magna cura ab eis præcavere. Nam illi sunt manifesti inimici; isti verò occulti, & oblatrati; & inde nequiores, & promptiores ad malum ingerendum. Idem etiam docet Euthymius hic.*

Secundò, idem Chrysostomus citato loco. *Deinde, ait, ne cum audissent arctam, atque angustam viam: & quia illos multis adversantibus per eam oporteret incedere: porcos quoque, & canes esse cavendos: cumque istis aliud quoque malitiosus genus laporum: ne inquam, tot tristium rerum aggressione conciderent, tam multis insidiaribus fieri tale consilere. Vult Dominus suos milites adjuvare, non multis difficultatibus obruere, ne eorum vires tabescent. Erant discipuli adhuc teneri infantes in Christi schola; & eis erat dictum, arctam, & angustam esse viam cæli, supra num. 14. Si autem eis Dominus etiam imperasset, ut caverent à lupis, canibus, & porcis, cum viderent tot inimicos, insidijs, ac difficultates à se esse superandas, eorum animus consternatus poterat retrocedere, & desicere. Ut ergo eos fovet, à lupis, tanquam crudelissimis hostibus, solum præcipit attendere.*

Tertio. Hanc rationem colligo ex D. Ambrosio lib. 6. in Hexaëmeron. cap. 6. *Attendite vobis à falsis prophetis. Illi enim, ait Ambrosius, animam debilitant. Isti falsi prophetae, seu lupi rapaces inferunt nocumentum animæ; seducendo à veritate: ac canes, & porci, dirumpunt vos? hoc est, vestrum corpus lacerabunt, & in frustra cadent: ideo non ab istis, sed ab illis nos jubet præcavere. Quia bona virtualia animæ super omnia temporalia corporis bona sunt omni animi conatu affectanda, & procuranda à nobis, qui Christi vestigia sequimur.*

De beato Stephano dicitur Actor. 7. num. 55. *Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem à dextris Dei. Valde mirum, quod solum in cælum intendit, solum Jesum vidit. Cur non etiam oculos in se convertit? Vel cur etiam eos non conficit in persecutores suos? Sed solus est in cælum intendens? Perpende, quod antea immediae dicitur: *Cum esset plenus Spiritu S.* Cum ergo divino Spiritu ageretur, totus erat defixus in consideratione caelestium donorum, nil cogitans de corpore, quod expositum erat porcis, ac canibus, ut illud lapidibus dirumperent, ac dilacerarent. Petrus Damianus ferm. de S. Stephano. *Sicut signanter intellige consecutionem verborum: Plenus est de Spiritu S. & sic intendit in cælum, Rr quia**